

humane condicionis fragilitas nichil stabilitatis nichilque certitudinis optinet, idcirco propono secundum aministratam desuper graciā horam mortis incertam et viam malam tenebrosi temporis de bonis michi a Deo collatis aliquibus misericordie operibus preuenire, testamentum meum condo et confero in hunc modum: primo monasterio Noueuallis, vbi locum eligo sepulture, curiam meam in Værnamo cum omnibus sibi adiacentibus confero, ecclesie mee parrochiali Akyr lego omnem partem terre, quam in opido dicto Bruddathorp possideo ad mensam sacerdotis, cognato meo Æringisloni Bændiksson do equum meum rubeum cum sella et freno, scriptori mei testamenti, fratri Nicholao do equum meum nigrum cum sella et freno, cognato meo Haquino quendam griseum equum, quem possederat frater meus Gyurdherus, confero cum sella, freno et gladio. In cuius rei geste memoriam cerciorem, quia sigillum per me non habui, sigilla discretorum virorum domini Johannis, prepositi in Værnamoo, necnon et Nicholui [o: -lai] Hakonason petiui presentibus affigenda. Datum anno et die supradictis.

Sigillen borta.

4621.

1350 Sept. 23.

Lund.

Ärkebiskop Pter i Lund intygar att kaniken i Lund Benekin gifvit 3 gårdar i Benstorp och en gård i Lund i S. Magni socken till Lunds domkyrkas byggnad, att tillfalla densamma efter hans död och med afdrag af 4 mark nya skånska penningar åt dem, som tienstgöra vid firandet af hans årstag.
Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus, Dei gracia Lundensis archiepiscopus, Swecie primas, salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quod anno Domini millesimo ccc^o quinquagesimo crastino beatorum Mauricii et sociorum eius Lundis in capella nostra personaliter constitutus vir, anime sue prouidus, dominus Benechinus de Aos, canonicus noster Lundensis dilectus, omnia bona sua in Benstorp sita, videlicet tres curias, in quarum vna residet Tuko Aughæson, soluens pro censu dimidiam marcham annone, in secunda curia residet Petrus Røth, soluens pro censu duas oras annone, in tertia curia residet quidam colonus Olauus nomine, soluens nunc pro censu dimidiam marcham denariorum, et vnam curiam suam Lundis in parochia beati Magni, soluentem singulis annis tres marchas denariorum, ad fabricam nostre Lundensis ecclesie sub modo infrascripto donauit, assignauit et scotauit jure perpetuo possidendas, vsufructu et ordinatione libera bonorum predictorum, quoad uixerit, sibi reseruatis, ita quod de fructibus dictorum bonorum procuratores fabrice predictæ, quicumque pro tempore fuerint, post mortem dicti domini Benechini quatuor marchas denariorum nouorum Scaniensium singulis annis in die anniuersarii sui in choro Lundensi, vt infra patet, deducere et erogare teneantur, videlicet canonicis, qui vigiliis et misse ipso die interfuerint, decem oras denariorum, vicariis dimidiam marcham, pulsantibus in turri duas oras, presbitero vicario in cripta duas oras, fratribus predicatoribus Lundis duas oras, fratribus minoribus ibidem duas oras, infirmis in domo leprosorū prope Lundas ad pitanciam dimidiam marcham, pauperibus scolaribus et aliis egenis sex oras denariorum. Residuū autem de fructibus supradictis cedat fabrice

antedicte. In cuius donacionis et scotacionis testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis dicti domini Benechini et dominorum Petri Hælghonis et Mathei Petri, canonicorum nostrorum Lundensium, ad hoc specialiter vocatorum, presentibus est appensum. Actum et datum anno, die et loco supradictis.

På baksidan (senare stil): anniuersarium domini Benechini cantoris; super tribus curiis in Binstorp et in Lundis. Fabrice.

Sigillen: n. 1 ärkebiskopens (nederst sköld med 3 bjelkar): s' PETRI DEI GRA LVNDEN A. CHIEPI SWECIE . PRIMATIS (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 2, 182); n. 2 (andligt): s' BENECHINI SACERDOTIS; n. 3 (PETRVS på ett band mellan sirater); n. 4 fragment (andligt): DIRIGAT ANDREAS PACTA VIAS ORANS, i bågen ofvanför den nederst knäböjande figuren: MATHEI PETR. ¹⁾

4622.

1350 Sept. 23.

Ärkebiskop Peter i Lund intygar att kaniken i Lund och kyrkoherden i Skräflinge i Ossögy (Oxie) härad Benekiu af Aos gifvit till sin församling 2 jordagods, ett i Götherslöf (Görslöf), nordan ån, och ett i Røkinge i Fulltofta socken, att tillfalla kyrkan efter hans död, och med skyldighet för hans efterträdare att använda hälften af afkastningen för kyrkobyggnaden.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus, Dei gracia Lundensis archiepiscopus, Swecie primas, salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quod anno Domini millesimo ccc^o quinquagesimo crastino beatorum Mauricii et sociorum eius Lundis in capella nostra personaliter constitutus vir, anime sue prouidus, dominus Benechinus de Aos, canonicus noster Lundensis dilectus, rector ecclesie Scræplinghæ in Ossøghyheret, in remedium anime sue donauit, assignauit et scotauit duos fundos, videlicet vnum in Gøtherslef northenaa, in qua residet Nicholaus Thuræson, habens in estimacione quatuor solidos annone et soluens inde pro censu annuatim oram annone, et alterum fundum in Røkinghæ in parochia Folætoftha cum agris, pratis, siluis ac singulis suis pertinenciis ecclesie sue Scræplinghæ antedicte jure perpetuo possidendos, vsufructu et ordinacione libera bonorum predictorum, quoad uixerit, sibi reseruatis, ita videlicet quod post mortem eius successores sui in dicta ecclesia, qui pro tempore fuerint, dictos fundos cum suis pertinenciis indiuisim libere sub sua ordinacione habeant et dimidietatem pensionis, que afgyft dicitur, inde prouenientis, singulis annis perpetuis temporibus fabrice ecclesie antedicte in notabiles eius vsus conuertendam sine difficultate et fraude qualibet assignabunt. In cuius donacionis et scotacionis testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis dicti domini Benechini et dominorum Petri Hælghonis et Mathei Petri, canonicorum nostrorum Lundensium, ad hoc specialiter vocatorum, presentibus est appensum. Actum et datum anno, die et loco supradictis.

På baksidan: scotacio bonorum in Gøtherslef et Røginge per me Benechinum.

Sigillen: de samma som under föregående, n. 1 borta, af n. 3 hälften borta.

¹⁾ Omskriften ifylld efter motsvarande sigill under följande bref.